



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gasparis Lechneri E Societate Iesv Theologi. Sodalis Parthenivs. Siue Libri Tres Qvibvs Mores Sodalivm Exemplis Informantvr

Lechner, Kaspar

Dilingæ, 1628

Perillvstri Domino Domino Gaspari Bernardo Comiti Rechpergiaco Et Rvbri
Leonis, Baroni In Hohenrechberg Domino Aichemii, Sacræ Cæsareæ
Maiestatis, Serenissimorvm Electoris Bavari, Archidvcis Leopoldi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51916)

PERILLVSTRI Do-
MINO DOMINO

GASPARI
BERNARDO COMITI
RECHPERGIACO ET
RVBRI LEONIS,

BARONI IN
HOHENRECHBERG
DOMINO AICHEMIL,

Sacrae Caesareae Maiestatis,

SERENISSIMORVM ELE-
CTORIS BAVARI, ARCHI-
DVCIS LEOPOLDI CONSIL-
liario & Camerario,

Et.

Domino meo Obseruandissimo.



Conpendiosa ad virtutem via est, *in aliorum vitas tanquam in speculum inspicere*, per illustres Comites, atq; ex alijs sumere exemplum sibi, vt Comicus quidam aduertit. Nam & vitia nobis aliena magis displicent, atq; vt sunt, odio digna iudicamus: & virtus ab alijs exercita nobis addit animum eadem audendi, quæ tanquam ab homine alieniora horruissemus. Vnde non nemo Marianos Sodales speculum iure appellauit: quod hi sint omnibus ad imitandum propositi, multo-
):(3 rum-

DEDICATORIA.

rumque ad vitam sanctè agendã
hortatores, qui vt olim S. Fran-
ciscus fecisse scribitur, agendo ta-
citè concionentur. Horum ego
cùm præstantia seorsim in libris
exempla legissem, quædam etiã
corã inspexissem, operæ me præ-
cium facturum iudicaui, si tan-
quam odoriferos flosculos è di-
uersis pratis collectos in corol-
lam consererem, vnoq; in libello
omnibus inspicienda propone-
rem. Quo futurum mihi pollice-
ri poteram, quod multi virtutis
iucundissimo odore pellecti, quæ
legissent imitari facereq; vellent
sua; quo Diuinam gloriam insigni-
ter propagatum iri, plurimosq;
honest-

DEDICATORIA

honestæ vitæ cultores extituros
inde augurabar. Atq; hac spe hic
mihi libellus natus est. Quem
Perillustri Dominationi tuæ di-
candum putavi. Primò quòd o-
lim adolescens in Dilingano So-
dalitio & ipse florueris, multisq;
virtutum exemplis alios incita-
ueris ad æmulationē, cùm octi-
duanas exomologeses aliaq; pie-
tatis officia inter primos frequē-
tantem viderent. Deinde quod
ex Perillustri tua Rechbergiaca
familia multi Sodalitatem nomi-
nibus suis illustrarint. Inter quos
Rudolphus Cognatus tuus emi-
nuit, quem Dilinga dolens à se
dimisit adolescentem morum il-

DEDICATORIA.

lustrissimorum , & nunc Roma
magna animi voluptate intue-
tur, Patres purpurati amāt, Sum-
mus Pontifex inter Camerarios
suos adscriptum ad magnos ho-
nores destinat , vt omnes mag-
nam Germaniæ spem cum ipso
adolescere non vanè ominentur.
Omitto virtutes alias tuas, Pru-
dentiam, Magnanimitatem, Mu-
nificentiam, Eruditionem, quæ
separatim scriptores possunt alli-
cere, vt sub Illustri Tuo Nomine
librorum suorum patrocini-
um quærant. Omitto rationes illas,
ob quas maximi orbis Principes
te consilijs suis adhibere voluc-
runt; ad nostra venio. Beneuo-
lencia

DEDICATORIA.

lencia tua maxima, qua superiore anno me complexus fuisti, liberalitas quo Collegium nostrum fouisti ; amor tuus aduersus Societatem vniuersam, hoc, qualecunque id est, munusculum à me flagitarunt, vt eo testatum facerem, beneficiorum tuorum memoriam nobis alte impressam hæere mansuramq; semper, cum aliud reponere nequeamus.

Accipe igitur Perillustris Comes, hunc affectus erga te nostri indicem paruum illum quidem, sed maximi tamen affectus indicem, quo tuis obsequijs Tuoque Nomini nos deuouimus. Atque vt omnes tui sumus , Teque Pa-

DEDICATORIA.

tronum agnoscimus, ita nostra
porrò tueri fouereq; perge. Deus
Perillustrem Dominationem ve-
stram Imperio diu seruet incolu-
mem. Dilingæ XI. Cal. Augusti,
M. DC. XXVIII,

Perillustri Dominationis Vestre

Seruus in Christo

GASPAR LECHNE-
RVS Societatis IESV.

SO-